Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

templum futurum sit desolatum. & simulchrum
iouis statuerum in templo dei. Et dixit ei. Vsq; ad
uesperam. & mane. dies duo milia trecenti. & mun
dabitur sanctuarium. Legamus machabeorum libros
& iosephi hystoriam. ibiq; scriptum repperiemus.
centesimo. quadragesimo. tercio. anno a seleuco
qui primus regnauit in syria post alexandrum in
gressum antiochum ierosolimam. uniuersa uastasse.
reuersumq; anno tercio in templo posuisse statuam
iouis. & usq; ad iudam machabeum. id est usq; ad
annum centesimum. quadragesimum. octauum
p annos uastitatis ierlm sex. contaminationis autem
templi tres. duo milia trecentos dies. & tres menses
esse completos. post quos templum purgatum est.
Quidam p duobus milibus trecentis duo milia ducen
tos legunt. ne sex annis tres menses sup esse ui
deantur. Hunc locum pleriq; nostrorum ad antixpm
referunt. & quod sub antiocho in typo factum est.
sub illo inueritate dicunt esse complendum. Quod
autem infert. mundabitur sanctuarium. iude macha
bei significat tempora. qui de uico modin. filius
ac ppinquis secum annitentibus & multis de